UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus necessariis

Cureau De Lachambre, Pierre

Coloniæ Agrippinæ, 1694

11 Sapiens timet & declinat à malo, stultus transilit, & confidit. Prov. 14.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37935

Visual Library

lis. Debes quidem aliquas reticere co
gitationes, nullas tamen deſigurare. E
modus tacendi & reticendi ſecretum ſ
ne occluſione cordis. Eſſe ſecretum
non eſſe turbulentum & taciturnum, r
ticere aliquam veritatem, non tam
eam mendaciis coperire. Eſſe fidel
ſuis amicis, & non decipere alios & ſu
propriam conſcientiam. Denique m
gna eſt gratia progredi in hoc mundo
habere reputationem, nihil dice
quod debeat eſſe ſecretum, vel pla
falſum.

REGULA UNDECIMA

*Sapiens timet & declinat à ma
ſtultus tranſilit & confidit.* Pro
14.

PARAPHRASIS.

*In omnibus occaſionibus & negotijs pe
culoſis ſapiens timet; declinat pe
culum derelinquendo malam viam
ſumendo longiorem ſemitam. Ind
cretus verò ambulat ſine omni tim
& cadit, ut nemo amplius ipſi ſ
currere poſſit.*

REFL

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

REFLEXIO.

VErum eſt, quod dum difficultates oriuntur, glorioſum ſit, eas cum audacia ſuperare, ſed è contra maxima infelicitas eſt, perire ex temeritate.

Homo ſapiens in talibus occaſionibus plures vias ſcire debet, ad minimum recordari, quod plura ſint tempora. Aliquis enim hodie ſubmergitur in quodam rivo, quem cras ſicco pede tranſire poſſumus; Et eſt magnæ prudentiæ, ut aliquis feliciter ac diligenter negotia tractet, ſcire ſiſtere, & ſe retinere recto tempore.

REGULA DUODECIMA.

Aſtutus omnia agit cum conſilio: qui autem fatuus eſt, aperiet ſtultitiam. Prov. 13.

PARAPHRASIS.

Lex principalis quam prudentia naturalis & ſupernaturalis ſeu divina nobis imponit, eſt, conferre tam ſæpe quam poſſumus cum amicis illuminatis, & juvari ab ijs per remonſtrationes, ex quibus dignoſcamus id, quod in no-